

8454 bonae memoriae Maccusae | Muceris ann. XXII, et Victoriae | sive Valerio[*l*]ae ann. XIII, quae | ob desiderium avunculi eorum (*sic*) | Fl. Gemelli v. p.¹, comitis, ab ultima | Gallia per diversa loca provin[ci]arum ad provin[ci]am Macedo[n]iam venerunt ibidemq. post am[plexum] eius et completa cupiditate | amoris in civitat[e] *E*dessensi fati munus | complerunt; quibus memoratus | vir laudabilis ut cognoscere[*tur*] iussit eis memoriam fieri.

Beroeae Macedoniae dicitur rep., deinde Thessalonicae (III 14406 vidi eclypum). — 1) *Viri perfectissimi.*

8455 d. m. s. | Hoc in loco | suo conditum est cor[*p*us] meum¹ | Iul[*i*]nae Victoriae | a Iunio Hyacin[*tho*] marito rar[*i*] exempli, quae | vixi annis XXVI | m. III d. XXIII, iugu[m]que coniugalem | pudicum piissimo | marito exhibui | in diem vitae meae¹. | Vos superi bene facite, | diu vivite et venite.

Thubursici Numidarum (VIII 5050 vidit Witmanns). — 1) *Versus subesse coniecit Studemund, cf. Buecheler carm. epigr. 141.*

8456 d. (*corona*) m. | Aeliae Tryphaerae | coniugis rarissimae | et ultra modum | sexumquae mulie[brem]¹ sanctissimae | castissimaeque, quae | vix. ann. XXIII mens. VII | d. X, Aelius Proximus posuit.

Romae (VI 34268 = Notizie degli scavi 1886 p. 125). — 1) *muliebrae aliud apographum.*

8457 d. m. Atiliae Maximinae animae innocentissimae C. Aonius Vitalis uxori incomparabili, quae vixit mecum sine ulla controversia ann. XVIII m. II d. VIII, quae tulit secum ann. XXXVI, quae duxit secum honos et gloria, aeternum meum vale sola[*c*]ium.

Veronae (V 3496 semel descripta saec. XV).

8458 rusticulus hic¹, | Fufio Iustino homini bono | Tullonia Lea coniugi incomparabili, | qui insimul² viximus | annis sexaginta.

Beneventi (IX 1826 cf. p. 693 semel ut videtur, sed ab accurato homine, saec. XV descripta). — 1) *Videtur spectare ad defunctum.* — 2) *Hinc Francogallorum 'ensemble', Italorum 'insieme'. Cf. N. 8460 not. 1.*

8459 d. m. s. | L. Papinius Verus et | Campania Felicissima | vixi fecerunt sibi, qui | vixerunt inter se | annis LXVIII d. X.

Prope Capuam rep. (X 4275 bis descripta saec. XVIII et XIX).

8460 d. m. | Asidonius | Agatopus | et Aur. Luxuria | qui in se¹ bene | lavoraverunt², | quae vixit ann[is] XXII, vixi sibi | fecerunt, l. c.³ | a Iul. Clemen[tiano]. (*In latere: vir et mulier stantes ad lebetem, opificium aliquod una exercentes*) Asidonius | ceriola[*r*]ius⁴. (*In altero latere: Mercurius.*)

Salonis rep. (III 2112 cf. 8591 vidit Hirschfeld; anaglypha enarravit Schneider arch. ep. Mitth. 9, 1885 p. 50). — 1) *Inter se, una. Similiter supra N. 8112, infra N. 8517. III 2554. VI 19028. 19955. 29756.* (*Minus recte locutio haec a Roscio inser. Chr. I 151 componitur cum Italorum voce insieme. Cf. Funck Archiv f. lat.*